



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

Libri Quarti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

CANONIC

Per

EROTEMATA

DIGESTI ET ENUCLEATI

LIB. IV. TIT. I.

De Sponsalibus & Matrimoniis.

Toto libro tertio actum est de rebus
tum Clericorum tum Regularium pro-
priis, item de rebus & Ecclesiasticorum
& Laicorum communibus: sequitur
hoc libro IV. de rebus Laicorum vel
saltem eorum, qui extra sacros Ordines
sunt, propriis, scilicet de Matrimonio
deque iis, quæ matrimonio accidunt.
Matrimonium autem precedunt Spon-
salia, de quibus proinde agendum pro-
mo loco.

I. Quid sunt Sponsalia?

l. .D.h.t. Sponsalia sunt mentio & repromissio
futurarum nuptiarum. Ita dicta
Spondendo: moris enim fuit veteris
stipulari & spondere sibi uxores futu-
l. 3. D. cod. unde & Sponsi Sponsæque appellatio

est. Dicitur repromissio; id est, mu-
nus utriusque in matrimonium consen-
sus: quia tam virum mulieri, quam muli-
erem viro repromittere oportet.

2. Convenitne in hoc juri Canonico cum
jure Civili?

Nequaquam, quia jure Canonico c. 2. 5. 10. &
sponsalia vocantur non tantum futura- *passim h. t.*
rum nuptiarum promissio & repromissio c. 9. 15.
verum etiam de presentia. 22. & c.

2. Quid interest inter hac duo?

Quod Sponsalia de futuro sint tantum
quædam præparationes ad matrimonium,
& ponant solam spem matrimonii, con-
trahi solita per verba futuri temporis: *Ego*
te ducam uxorem. Sponsalia vero de præ-
senti, utpote contracta per verba expri-
mentia præsentem consensum conjugalem,
v. ego te accipio in uxorem, sunt ipsum ma- *arg. l. 30.*
rimonium, licet nondum consummatum, *D. de R. l.*
aut benedictione Sacerdotali firmatum. *& ibi De-*
cius.

4. Quid si dixerit: Volo tecum contrahere
matrimonium. Vel: Non habebam aliam
uxorem nisi te?

Priori casu dicendum contrahi tan-
tum sponsalia, non matrimonium; si ta-
men ejusmodi verba proferantur cum in-
tentio-

tentione obligandi se, quia alioquin simplex voluntas sive promissio non est promissio: posteriori vero nec matrimonium, nec sponsalia contrahi; quia promissio est obscura & pro vario conceptu promittentium dicuntur aut sponsalia aut non sponsalia. In foro autem iudicabit Judex secundum communem significationem verborum.

Covarr. 1.

5. *Sponsalia de futuro contrahentes postea ne cogi ad matrimonium ineundum?*

Tales, si postea nolint in matrimonium consentire, monendi quidem sunt, & modis omnibus inducendi, ut datam fidem servent: verum si obstinate nolint, non debent præcise a iudicibus Ecclesiasticis cogi, ut matrimonium ineant, ne quædam et si juraverint, se matrimonium

c. 2. c. Ex

litteris 10.

Et c. 17. b. t.

d. c. 2.

inituros: quia e duobus malis minimum eligendum. Fidem autem frangere malum est; pejus tamen cogere aliquem, qui omnino nolint & ut talem ducat, quam odio habet. Qui vero sponsalia de presenti cum aliqua contraxerit, cogitur præcise illam uxorem accipere, quia ejusdem sponsalia pro ipso matrimonio habenda sunt. Idem qui cum una aliqua, etiam interpositum ramento, contraxerit Sponsalia de futuro & postea

& postmodum cum alia de presenti, et-
amsi, postquam cum secunda contraxe-
rat. cum illa priori consuetudinem ha-
buisset, sponsalia de presenti firma ma-
nebunt. *c. Sicut 22. & c. pen. eod.*

6. *Quid si quis contraxerit sponsalia de fu-
turo cum aliqua, & eandem post fidem da-
tam cognoverit, deniq; fidem de presenti
dederit alteri?*

Cogetur iste recipere priorem spon-
sam: quia sponsalia de futuro propter
copulam subsecutam, transeunt in matri-
monium, ac praesumit jus Pontificium, *c. Venien. 15. h. t.*
quod consuetudinem cum sponsa habue-
rit animo contrahendi cum eadem ma-
trimonii: quae est praesumptio juris & de
jure, adversus quam non admittitur pro-
batio in contrarium.

7. *Quid adhuc interest inter sponsalia de
futuro & de presenti, altero contrahenti-
um aufugiente vel in remotas regio-
nes profecto?*

Hoc casu sponsa de futuro cum alio *c. De illis*
contrahere potest, si sponsus forte profu-
gerit, vel se ad loca remota contulerit *5. h. t.*
post contracta sponsalia, ante copulam.
At sponsa de presenti cum alio contra-
here nequit, verum expectare redu-
cem maritum tenetur, quocunque ille.

se receperit, & licet diutissime absit, nec certum acceperit de morte ejus cium.

*c. In pre-
jencia 19.
e. d.*

8. *Sponsalia qualiter contrahuntur*

Contrahuntur verbis vel nudo sensu, quovis modo expresso, imo & nutu, vel aliis indiciis (ita enim mutus surdus matrimonium recte contrahit cum quod verbis non possunt, signis valeant declarare) sive per se, sive per alium, puta per nuncium aut per procuratorem idoneum, qui ad hoc speciale mandatum habeat: item pure, vel sub conditione.

c. 23. b. t.

9. *Que differentia est inter sponsalia pure contracta & sub conditione?*

Quod contracta pure mox ab initio perfectionem suam habeant, quodque alias ob impedimentum vel consanguinitatis vel affinitatis, aliave ratione, publicæ honestatis inducant justitiam: sub conditione vero contracta ex eventu pendeant, nec ante effectum aliquem publicamque justitiam inducant.

*e. ult. de
procurat.
in 6.*

*c. un in pr.
junct. §.
fn. h. t.
in 6.*

10. *Quid est Matrimonium?*

Est viri & mulieris conjunctio in vitam vitæ consuetudinem continens

Conjuga

Conjunctio, inquam, non tam corporum
quam animorum, qui est mutuus consen-
sus, & solus nuptias facere dicitur.

*c. 1. h. t. &
arg. l. 30.
D. D. R. I.*

ii. *Estne necessarius consensus paren-
tum?*

Jure quidem civili consensus ille vide-
tur requiri necessario, suadente id & ci-
vili (patria scil. potestate) & naturali ra-
tione: at jure Canonico quamvis eadem ra-
tio naturalis consensum parentum requi-
rere videatur, id tamen non necessario,
sed tantum de honestate; rataque & fir-
ma eo jure habentur matrimonia citra
parentum consensum contracta, pro quo
Concilii Trid. stat auctoritas.

*Instit. D.
nupt. in
princ.*

*c. 1. inf. De
despons.
impub.*

*Sess. 24. c. 1.
de reform.
matrim.*

De Desponsatione impuberum.

TIT. II.

Prohibentur vero contrahere sponsalia
aut matrimonium: alii, si ætatem spe-
ctemus, alii si modum contrahendi
matrimonii. Hinc enim neque clande-
stine licet inire matrimonium, neque
cum duobus, neque sub conditionibus
repugnantibus substantiæ matrimonii,
neque Clericis aut Religiosis &c. de qui-
bus ordine sequitur.

1. *Cur Tit. hic inscribitur De desponsatione
impuberum, non facta mentione matri-
monii, ut Tit. superiori?*

T 4

Quia

*c. 2. inf. De
frig. &
malef.*

Quia inter impuberes consistere
possunt nuptiæ aut matrimo-
nium nec enim puer contrahendo matrimo-
nium aptus est: ut neque puella, quæ puber-
tis annos non attigit, & quæ nondum
ripotens. Ætas legitima jure civili nuptiarum
contrahendis præfixa est annorum
in fœminis; xiv. in masculis, quæ & ætas
pubertatis dicitur, concurrente & habet
corporis.

*Ulp. tit.
De tutel.
§. ult.*

2. *Potestne impubes contrahere spon-
salia?*

Impubes minor septennio sponsalia
de futuro contrahens cum aliqua nihil potest
nisi major septennio factus in sponsalia
sic contracta consenserit: quia major
septennio, licet adhuc impubes, potest
contrahere sponsalia de futuro, cum
aliquo modo intelligat, quid agat, quod
sufficit ad sponsalia contrahenda.

*c. Accessit
c. 6. 7. & 8.
h. t.*

3. *Quid si impubes major septennio spon-
salia de presenti contraxe-
rit?*

l. ult. h. t.

Contractus ille resolvetur in sponsalia
de futuro: quia actus ita accipiendus
ut potius valeat, quam ut pereat, si
que impuberes contraxerint coram Pa-
tricio & testibus, post Conc. Trid.

D. De reb.

Licetne impuberibus a contractis semel sponsalibus resiliere?

Ante pubertatem non licet, ne quidem communi consensu. Ubi vero ad pubertatem pervenerint, a sponsalibus, quæ ante pubertatem contraxerint, recedere, si velint, possunt. Nisi copula carnalis intervenerit; tunc enim intelligitur contractum esse matrimonium, licet nondum fuerint puberes, sed proximi pubertati, malitia supplente ætatem. Sed & interdum ob bonum pacis, & ubi agitur magnum Reipubl. commodum, permitti potest, ut etiam impuberes eo casu jungantur, quia salus Reipubl. suprema lex est.

c. De illis
7. cum
duob.
seqq. b. t.
c. De illis
9. eod.
c. ult. eod.

De Clandestina desponsatione.

TIT. III.

1. Matrimonium quod & quando clam contrahi dicitur?

Quod contrahitur absque testibus tribus aut minimum duobus, ac Parrocho, vel alio Sacerdote, cui Pastor hoc munus demandavit, & non facta publice in Ecclesia parœciali trina denunciatione, inter quos sit contrahendum matrimonium, ut, si qui matrimonio ali-

T 5

quid

e. 3. h. t. quid objectum velint, interim compareant & objiciant.

2. *Matrimonium ita contractum an jure nullum?*

e. 1. § 2. Non; jure utique canonico seu Decretalium. Nam eo jure matrimonia clandestina, libero consensu contrahentium celebrata, erunt rata & firmata. Multa quidem prohibentur fieri, quæ tamen præterita tenent, nec sunt rescindenda. De jure Canonico; quia novissime Concilio

Sess. 24. n. reform. matrim. Trid. decrevit, ut aliter, quam præter Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parocho vel ordinarii licentia, & doctorum

c. 1. §. qui c. 1. h. t. vel tribus testibus, contracto matrimonii actus ejusmodi esset nullus & irritus.

De Desponsatione duarum.

TIT. IV.

1. *Licetne sponsalia contrahere cum duabus?*

Nullo modo; v. g. qui sponsalia contraxit cum una & deinde cum altera tenetur adhærere primæ, quia non potest fidem fallere.

2. *Quid si cum una contraxerit sponsalia futuro, & cum alia de presenti vel cum utraque de presenti?*

Quamvis hoc faciendo graviter peccat, debet nihilominus illi adherere, cum qua contraxit de præfenti. Et si cum utraque contraxerit de præfenti, *d. c. 1.* adherere debet ei, cum qua primo contraxit: quia, ut dictum supra, sponsalia de præfenti ipsum est matrimonium, *c. 2. & 3.* quod semel contractum dirimi non potest, *h. t.* Multa est, & secunda desponsatio est ipso jure nulla.

De Conditionibus appofitis.

TIT. V.

Quenam conditiones apponi solent in desponsatione?

Rel contra substantiam sunt matrimonii, vel alias turpes & impossibiles, vel denique honestæ & licitæ.

1. Quæ dicuntur esse contra substantiam matrimonii?

Quæ vel sunt contra bonum matrimonii seu prolis; veluti si quis dixerit: *Contrabo tecum, si sterilitatem procures, & generationem prolis evites*: vel contra Sacramentum, ut: *Contrabo tecum, donec inveniam ditiozem aut meliorem*, vel contra bonum fidei, ut: *Contrabo tecum si corpore tuo questum facias*. Hæc enim tria

Can.
Omne.
XXVII.
qu. 2.

tria sunt matrimonii bona, proles, Sacramentum; & sub aliqua dictione contractum matrimonium est ipso jure nullum: quia constantiam sunt matrimonii; sine substantia vero res non potest subsistere.

(Matrimonium non est verum & proprium Sacramentum, quia hujus destinationem non habet, sed est a quoque inquisitis, cum non sit in novo demum testamento institutum; neque constet externo symbolo seu elemento cum re divina. Nec habeat promissionem gratiae salvificae elementi illius additam; neque etiam Christi sit proprium, sed cum infidelibus communitur. Unde & ipse Durandus in 4. dist. 21. p. 1. dicit, non esse matrimonium univocum sacramentum, sicut alia sacramenta nova legem conferre gratiam non habenti: non esse sacramentum proprie & strictè dicitur. citat Joh. Gerhard. p. m. loc. de conjug. c. 3. ap. 16. & seqq.)

c. Tua nos 3. Quid si conditio sit turpis, vel impossibilis, non tamen contra substantiam matrimonii?
26. in
verb. cum
in eo nec

sup. De
spons &
Matrim.
Talis ut v. g. *Ducam te, si patrem deris, si digito caelum tetigeris, si contias in tale factum, quia substantiam matrimonii non afficit, habetur pro adjecta, idque favore matrimonii.*

...us valeat, quam non valeat. Id
...od & in ultimis voluntatibus observa-
...ur, quas plenius interpretari solemus.

Neque praesumitur quis in ultima sua vo-
...luntate aliquid joco dixisse. Ut neque *it D. De*
...qui contrahit matrimonium cum aliqua, *condit. &*
...praesumi debet jocari, sed serio agere, *demonst.*
...licet vel turpem vel impossibilem condi-
...tionem adjecerit. Aliud dicendum de
...ceteris contractibus, quibus adjecta con-
...ditio impossibilis vitiat ipsum contra-
...ctum.

4. Quid si conditio fuerit honesta &
licita?

l. Non solo

Matrimonio contracto sub tali condi-
...tione, veluti: *contraho tecum, si centum*
...des in dotem, vel *si consentiat pater*, suspen-
...ditur ejus obligatio in eventum conditio-

*31. De ob-
lig. & act.*

nis. Deficiente vero conditione, tum ne-
...que sunt sponsalia, neque matrimonium; *b. t.*

c. 3. & 5.

...antequam deficeret, quis consuetu-
...dinem habuerit cum ea, quam sub con-
...ditione ejusmodi sibi desponsavit, quia
...intelligitur a conditione recessisse, con-
...sensisse in matrimonium.

*c. pen. & c.
ult. eod.*

Qui Clerici vel voventes matrimoni-
um contrahere pos-
sunt.

TIT.

TIT. VI.

1. *Qui prohibentur contrahere?*

Qui vel sacris ac majoribus Ordinibus sunt initiati, ut Presbyteri seu Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi (non etiam c. 1. 2. & minoribus constituti) vel solemniter professionem monasticam professi, & matrimonium a talibus contractum est ipso jure nullum.

c. 1. 2. & ult. h. t.

(Jus divinum Sacerdotibus, aliisque Ordinibus æque ac aliis conjugium promittit liberum, ut 1. *Timoth.* 3. 2. *Tit.* 1. 6. 1. *Cor.* 9. 5. *Ebr.* 13. 4. 1. *Cor.* 7. 27. 9. 25. 28. 35. *Matth.* 19. 11. Non dicitur recte iis interdicitur. Add. 1. *Tim.* 4. 3. *Constit. Can. Apostol.* 6. 40. c. 12. 13. 14. *dist.* 31. c. 14. 28. Vid. latius August. *Confess. artic.* 1. 3. *de* commentat. Myl. Grauer. Joh. Gerh. p. m. *loc. d. Minist. Eccles.* cap. 7. *sect. posterior.* 330. & *seqq.* Georg. Calixti p. m. *de conjug. vic.*

2. *Quid si qui non voverint solemniter?*

Graviter quidem tales peccant, si sponsalia, sive etiam matrimonium contrahant: quia faciunt contra votum simplex, quod coram Deo æque obligatum atque solemne; sed matrimonium, quod quis post votum simplex contraxerit, non dirimit. Et hoc est, quod dicitur *pen. eod.* votum solemne non tamen impeditur.

c. 4. 5. & pen. eod.

matrimonium contrahendum, sed & di-
movere contractum: votum vero sim-
plex impedire quidem, quo minus con-
trahatur, non dirimere tamen quod con-
tractum est.

(Votum cœlibatus sive solenne sive simplex
(uti vocant) fuerit, neque impedit contrahen-
dum, neque dirimit contractum matrimonium,
quia votum ejus rei, quæ in nostra potestate non
est, nequit intervertere jus superioris, Dei sc.
quod requirit, ut, qui donum continentia non
habent, sed utuntur, nubant August. Confess. d.
art. 22. verb. Wie aber kein menschliches Gesetz
Gottes Gebot kan wegthun oder endern / also kan
kein Geböte Gottes Gebot endern &c. add.
13. q. 1. 30. verb. nullus religionis obtentu &c.
Gerhard. loc. de conjugio. c. 8. aph. 442.
Calixt. d. pract. Marc. Ant. de Domin. l. 2. d.
cap. Eccl. c. 12. num. 31. & seqq. Benedict. Are-
nas problem. ult. part. loc. 166. ubi inter alia
aph. III. n. 4. respondet cuidam objectioni his
verbis: *ut votum servandum erat. Responde-
mus pro qualitate voti. Primum enim votum non
debet temere concipi, in quo illi peccant: una
regula omnes clericos metitur. Deinde si conce-
ptum sit, & deprehendatur vel impium vel im-
possibile, rescindi debet &c.*

Deco, qui duxit in uxorem, quam pol-
luit per adulterium.

TIT. VII.

I. Si

1. *Si quis vivente adhuc uxore, aliam
erit adulterio, an cum tali adultera
rit contrahere, uxore sua legitima
mortua?*

Non poterit, utique his duobus
bus. I. Si & cognoverit seu pot
rit aliam adulterio, & insuper eiden
dem dederit de contrahendo matrimo
nio vel de facto contraxerit, conjugis
legitima adhuc vivente. Nam ob
adulterium contractum postea cum
ultera, conjugis legitima mortua, non
rescindendum. II. Si aliquid in morte
prioris suæ conjugis maritus adulter
rit machinatus, vel uxor adultera in nocen
tem mariti, animo contrahendi cum ad
ultero vel adultera matrimonium fore
dem dederit, sive non; modo machinato
habuerit suum effectum, morte secuta.

*c. 2. 4. & 5.
h. tit.*

*c. 6. & ult.
eod.*

2. *Quid si quis uxorem habens, cum alia
cunda hujus rei inscia contraxe
rit?*

Poterit is, mortua priori uxore, con
nere hanc secundam; ita tamen, ut post
mortem prioris inter se de novo con
tiant in matrimonium.

3. *Quid si vero ille, priori uxore mortua
velit resiliere.*

Non potest resilire, si mulier contra
eum retinere, nec petat divortium;
quia alias dolus faus ei prodesset, quod
est absurdum.

c. pen. b. t.

c. 1. b. t.

De conjugio leproforum.

TIT. VIII.

*1. Lepra superveniens estne causa dissolven-
di matrimonii?*

Non est; quia matrimonium est vin-
culum individuum & indissolubile,
nec aliter ob lepram permitti debet sepa-
ratio conjugum, quam ut uterque altero
vivente perpetuo contineat. Imo & li-
berum leprosis est matrimonium contra-
here, obliganturque invicem ad debitum,
sicut infirmus a sano illud exigit.

c. 1. b. t.

c. 2. b. t.

*1. Quid si lepra post sponsalia contracta su-
perveniat?*

Potest tunc alter contrahentium a spon-
saliis de futuro licite recedere, quia non
est verisimile, quod etiam promiserit.

De conjugio servorum.

TIT. IX.

1. Suntne licita inter servos conjugia?

V

Omni-

c. 1. h. 1.

Omnino, adeoque & contradic-
tibus atque invitis dominis: ut tunc
per hoc servus non liberetur a debitis
consuetis servitiis domino exhibendis.

1. *Quid si liber homo contrahat cum
vel ancilla?*

Distinguendum est. Vel enim liber
homo scivit eam esse ancillam, & contra-
xit matrimonium: vel ignoranter contra-
xit cum ancilla, credens esse liberam; in
casu matrimonium est nullum, & potest
qui cum ea contraxit, postquam inno-
xit servam esse, ab ea separari, & contra-
re alia contrahere. Nisi eandem, postquam
rescivit esse servam, cognoverit contra-
xerat, quam tunc tenetur uxorem
quia apud Christianos matrimonium
consistere potest etiam inter liberum &
servam, quamvis aliter se res habeat
civiliter.

c. 2. h. 1.
Inst. De
nupt. in
princ.

De natis ex libero ventre.

TIT. X.

1. *Natus ex libero ventre, id est, matre libe-
ra, patre vero servo, an liber erit vel
servus?*

Instit. de
ingen. &

Hic liber erit & ingenuus: quia
tunc sequitur ventrem, id est, con-

nam matris, quando quaritur de servi-
tute vel libertate.

*l. 2. §. 5. D.
De statu
hom.*

2. *Quid si pater fuerit liber & mater
serva?*

Jure quidem communi ex matre ser-
va natus censendus esset servus, secun-
dum jam dictam regulam: attamen si
consuetudo Provinciae contra ferat, ea
non est improbanda, ut scilicet partus
conditionem patris sequatur, natusque
ex libero & ancilla sit liber, & ut liber ma-
trimonium contrahat. Idq; favore liber-
tatis, pro qua in dubio respondendum est.

*3 sup. De
conjug. ser
l. 20. De
R. I.*

De Cognatione spirituali.

TIT. XI.

Nihil aequè impedit matrimonium
contrahendum, aut dirimit contractum,
aut cognatio: eaque late patet, ut neque
cum cognatis spiritualibus, neque cum
cognatis legalibus contrahere liceat.

1. *Quid est Cognatio & quotuplex?*

Cognatio (generaliter accepta voce)
est vinculum quoddam eorum, qui
unum quasi nascendi initium commu-
ne habent: idque vel naturaliter ex
V 2 Jure

jure sanguinis, ut consanguinei; vel
 juris dispositione, ut qui per adoptionem
 aut spiritualement cognationem con-
 sunt. Atque hinc Cognatio trifari-
 dividi potest, in Naturalem seu san-
 guinis, Spiritualement, & Civilem five Le-
 gem.

2. *Quid est Cognatio spiritualis?*

Est vinculum ac conjunctio naturalis
 inter aliquos ratione Sacramentorum
 quæ spiritualia sunt, & quidem specia-
 liter ex Baptismi & Confirmationis colla-
 tione. Nam per hæc duo Sacramenta
 homo & renascitur spiritualiter, & per-
 fectior redditur Christianus. Ex dante
 vero aliorum Sacramentorum cognatio

e. ult. b. t. spiritualis nequaquam oritur, quæ ma-
2. in 6. trimonium impediatur vel dissolvatur.

(Confirmationem non esse sacramentum
 jam supra monuimus, multo minus indecognatio
 ritualement, quam vocant, cognationem. Neque
 enim confirmatio a Christo est instituta. At
 buere quidem veteres inter ritus baptismi
 peradditõs aliquam unctiõnem & Confirmati-
 õnem; sed ut ceremoniam indifferentem, ab Ec-
 clesia introductam. Vid. Joh. Gerbard. *Con-*
fess. Cathol. lib. 2. part. 2. art. 13.)

3. *Inter quos contrahitur hæc cognatio?*

Jure Decretalium contrahitur

baptizatum & illum, qui eum suscepit de
baptismo (quem *Compatrem* vulgo ap-
pellant) atque inter eundem baptizatum
& suscipientis filios & uxorem, imo et-
iam inter suscipientem, patremque ba-
ptizati & matrem. Quæ vero de susci-
piente dicuntur, eadem transferuntur &
ad baptizantem, iisdemque modis ex
Confirmatione cognatio spiritualis ori-
tur.

c. 1. h. t.
in 6.

4. Cur dicis *jus Decretalium*?

Quia jure novissimo per Concil. Trid.
hæc cognatio spiritualia admodum est re-
stricta, nimirum ut inter susceptores
(quos vel unum tantum, sive virum si-
ve mulierem, vel ad summum unum &
unam esse voluit) ac baptizatum ipsum,
& illius patrem & matrem, nec non inter
baptizantem & baptizatum, baptizatique
patrem ac matrem, tantum spiritualis co-
gnatio contrahatur. Similiter ut cogna-
tio, quæ ex Confirmatione contrahitur,
confirmantem & confirmatum, confir-
matique patrem & matrem ac tenentem
non egrediatur: omnibus inter alias per-
sonas hujus spiritualis cognationis impe-
dimentis omnino sublatis.

concil.
Trid. Sess.
24. c. 2. de
reform.
matrim.

5. Quotuplex est Cognatio Spiritu-
alis?

V 3

Du-

Duplex, Paternitas & Compaternitas. Paternitas contrahitur inter baptizantem & baptizatum, inter suscipiensem seu patrinum patrinamve & suscipiensem. Compaternitas oritur inter suscipiensem ex baptismo & parentem baptizati, quod ipsum & de cognatione orta ex Confirmatione est dicendum.

6. *Quis est effectus hujus Cognationis?*

Quod non tantum impediatur matrimonium contrahendum, sed etiam dirigitur contractum, utique inter eas personas inter quas cognationem spirituales contrahi diximus: idque ob peculiarem reverentiam, quam alter alteri debet. Verum natam hic ex Conc. Trid. compaternitatem, quæ ante oriebatur inter patrinum & parentes baptizati, necque fraternitatem esse sublatam, adeoque baptizatum cum filia patris recte contrahere matrimonium.

*Concil.
trid. d.
loco.*

(Prohibitio ob cognationem spirituales neque in Sacris Literis, neque in ratione fundata est. Unde merito in nostris Ecclesiis non attenditur. Vid. Joh. Gerhard. d. loc. d. corp. num. 367. & seqq.)

De Cognatione legali.

TIT. XII.

1. *Quæ dicitur Cognatio legalis?*

Est proximitas quædam, quæ per adoptionem vel adrogationem alicujus contrahitur. Ideo dicta legalis, quia adoptio juris est, non naturalis aut gentium, sed civilis, legisque civilis inventum.

2. *Cognatio hæc legalis inter quos impeditur contrahi nuptias?*

I. Inter ascendentes & descendentes, adoptantis scilicet & adoptati, in infinitum: quia nec adoptionis dissolutione, nec emancipatione tollitur cognatio legalis. II. inter eos, qui a latere per adoptionem conjuncti sunt, scilicet adoptatum & filios naturales adoptantis; neque enim sororem adoptivam potest quis uxorem ducere. Idque durante adoptione, quia ea sublata per emancipationem *c. un. b. t.* cognatio hæc tollitur.

De eo, qui cognovit consanguineam uxoris suæ vel sponsæ.

TIT. XIII.

Hoc Tit. agitur de adfinitate contracta per illicitam copulam, habitam cum con-

consanguinea uxoris vel sponsæ
vero sequente de adfinitate contra
per copulam licitam.

1. *Quid igitur est juris, contracta adfinitate
per copulam illicitam, id est, cum consanguinea
sponsæ vel uxoris?*

Distingendum est, an adfinitas
necnicaria supervenerit post contracta
sponsalia vel matrimonium, an vero
rit contracta adfinitas ante matrimo-

e. 1. 8. 9. & ulu. b. 1. um. Priori casu sponsalia de futuro
solvuntur, neque tum ei, qui cognovit
consanguineam sponsæ suæ de futuro
cognovit sponsam illam suam sibi habere
rem, potestque illa impune alii nubere.
Sponsalia vero de presenti, quæ sunt
ipsum matrimonium, adfinitas ex fornicatione
supervenienti non dissolvit. Posteriori
casu dirimitur matrimonium, si
impeditur contrahendum usque ad
tertium gradum jure Decretal. quod
usque ad secundum gradum restrictum
est ex decreto Conc. Trid.

e. 1. 6. & 7. ead. Sess. 24. c. 4. de reform. matrim.

2. *Dixi: Ob adfinitatem ex fornicatione
tam non dirimi matrimonium. Quæ
pœna ejus, qui uxoris suæ consanguineam
cognovit?*

Quod ab uxore sua, cui jam adfinis *d. c. i. & c.*
est, debitum conjugale exigere nequeat, *4. h. t.*
reddere tamen uxori petenti debitum te-
neatur: quia uxor, quæ non fuit parti-
iceps hujusmodi criminis, jure suo non *c. 6. vers.*
debet sine sua culpa privari. *sed nech. t.*

(Distinctio inter exactionem, *denegatam*
hoc casu, & redditionem, *nihilominus concessam*, debiti conjugalis est inepta: cum enim
matrimonium subsistat, & exactio & redditio li-
cita erit.)

De Consanguinitate & Adfini-
tate.

TIT. XIV.

Hic agitur de adfinitate ex copula licita,
deque cognatione naturali seu con-
sanguinitate, quæ est inter sanguine
junctos: inter quos non omnibus licet
contrahere matrimonium sicut neque
inter adfines.

1. Quid est Consanguinitas?

Est vinculum seu propinquitas, sive
coherentia personarum, ex eodem
stipite seu sanguine propinquo descen-
dentium.

2. Quotuplex est?

Triplex, juxta triplicem linearum or-
dinem, scil. Ascendentium, Descenden-
tium & Collateralium. *Ascendentes* sunt

V 5 paren-

parentes, qui nos genuerunt, ut pater, mater; avus, avia: proavus, proavia & qui supra hos sunt. *Descendentes*, liberi, & qui ex iis nascuntur, ut filii: nepos, neptis; pronepos, pronepta & deinceps. *Collaterales*, qui eandem stirpem communem stirpem sive parentem habent, veluti frater & soror, patruus & avunculus, patruelis &c.

3. *Quæ inter consanguineos est prohibitio nuptiarum?*

Inter ascendentes & descendentes, est, inter parentes & liberos, prohibitio nuptiarum in infinitum, utroque jure, Canonico & civili. Estque prohibitio hæc juris naturalis, quod quia est immutabile, nulla hic impetrari potest a S. Pontificis dispensatio.

Inter eos, qui a latere juncti sunt consanguine, est etiam prohibitio, sed non tanta: jure quidem civili usque ad quartum gradum exclusive, ita ut quarto gradus sint permissæ: jure vero Canonico ad quartum gradum inclusive, quæ prohibitio, quia est juris positivi, non etiam naturalis, ideo S. Pontifex inter personas a latere sibi junctas interdum solet & potest dispensare. Aliterque computantur gradus in hac linea jure civili, aliter jure Canonico.

e. 8. b. 1

e. 6. eod.

In nostris terris non Pontifici, sed principi ac Satibus Imperii jus dispensandi competit: attamen hæc potestas non extendenda ad eas cognationes, ob quas jure divino matrimonium prohibitum)

4. *Quomodo igitur computantur gradus utroq; jure?*

In linea directa ascendentium & descendendum, sive sursum sive deorsum tendas, quæque persona gradum facit, una dempta. Nullaque hic est differentia inter jus Civile & Pontificium.

In linea vero transversali aliter numerantur gradus jure Civili, aliter Canonico. Nam jure Civili singulæ personæ, sive sursum sive deorsum tendas, dempto stipite, singulos gradus constituunt: quorum distantiam si quæras, primum ascendere oportet ad parentem, quem communem habes cum eo, quem scire cupis, quoto gradu a te distet, tum a communi parente descendere ad eum usque quem quæris. V. G. Si quæras, quoto gradu nepos fratris tui tibi sit junctus, primum a te ascendes ad patrem tuum, qui tibi & nepoti fratris tui communis parens est; & ecce primum gradum. Ab eo descendenti proximus occurret frater tuus, ecce secundum gradum: tum

tum filius fratris; ecce tertium gradum
hinc nepos fratris, qui est quarto
eoque gradu tibi junctus. Jure
Pontificio in conjunctis a latere
gradum constituunt frater & for-
can. Adse- cundum fratris sororisque filius &
dē & can. tertium nepos & neptis, quartum
Parentela pos & proneptis, & semper duæ
XXXV. næ in uno eodemque gradu consti-
qu. 5. tur.

5. *Quomodo distantia graduum in li-
nea collateralium investiganda
est?*

Huic rei duæ serviunt regulæ, altera
pro linea æquali, ubi uterque æque
dilat a communi parente: altera pro
inæquali.

Reg. I. Quoto gradu distat alteruter
a communi parente, eodem gradu di-
stant inter se: V. G. Consobrinus a com-
muni stipite distat tantum duobus gra-
bus, & patruelis totidem; ergo a se
vicem distant similiter duobus gradibus
qui jure Civili sunt in quarto gradu, qui
jure Civili numerandæ sunt personæ
utraque linea, ascendendo & descendendo,
ut dictum. Jure vero Pontificio per-
sonæ numerantur tantum in altera
linea.

Reg. II. Quoto gradu remotior distat a communi parente, eodem gradu distant inter se, V. G. Filius consobrini a communi stipite distat tertio gradu, quia tot personæ numerantur, dempto stipite, patruelis secundo gradu; ergo consobrini filius & patruelis a se distant tertio gradu.

6. Quid est Adfinitas, & qui Adfines?

Adfinitas est vinculum resultans ex unione duorum in unam carnem per carnalem copulam. Vel est personarum necessitudo, ex coitu proveniens, omni carentis sanguinis parentela. Adfines vero sunt viri & uxoris cognati, dicti ex eo, quod duæ cognationes, quæ diversæ inter se sunt, per nuptias copulentur, & altera ad alterius cognationis finem accedat: *l.4. §.3. D. Degradib. & adfin.c. §. b. t.* quia cognati viri fiunt adfines uxori, & contra cognati uxoris fiunt adfines viro.

7. Quotuplex est?

Legitima & illegitima. Legitima dicitur, quæ per nuptias legitimas contrahitur: qua ratione jure civili ex solis nuptiis adfinitas oritur. Illegitima, quæ ex illicita nascitur copula, *de qua toto tit. d. l.4. §.3. sup. De eo, qui cognovit consang.*

8. Quot

8. *Quot sunt genera adfinitatis?*

Tria. Primum genus adfinitatis, quod per primam carnis copulam, mediante una persona contrahitur, secundum, quod per personam primam, additam, copula carnali interueniente, constituitur: tertium, quod per tertiam personam personæ secundæ generis additam & copulam matrimonialem inducitur; atque ita copula adfinitatis efficit hæc diversa genera adfinitatis.

9. *Declarat id exemplo.*

Si N. consanguineus meus ducat uxorem Titiam, hæc mihi, meisque consanguineis erit adfinitis in primo genere adfinitatis, atque in eodem gradu, quo mihi junctus est consanguineus meus. Si, consanguineo illo meo mortuo superstitis Titia adfinitis mea alii nubat, tum ille, cui nubet, mihi, meisque consanguineis erit adfinitis in secundo genere adfinitatis, eodem gradu, quo mihi erat junctus consanguineus meus mortuus. Rursus, Titia adfinitis mea mortua, ille secundus ejus maritus, in secundo genere adfinitatis mihi junctus aliam ducat, hæc mihi erit adfinitis in tertio genere adfinitatis.

10. Quot sunt ordines adfinitatis.

Tres, ascendentium, descendentium & collateralium. Ascendentium adfinium nomina sunt, socer & socrus, vitricus & noverca. Descendentium gener & nurus, privignus & privigna, & posteriores &c. Collaterales adfines sunt, qui vel marito vel uxori consanguinei sunt ex *d. l. 4. §. 6.* transversa linea juncti, ut levis, id est, *Degradib.* frater mariti, sororius, vir sororis, glos, *& adfin.* soror mariti &c.

11. Suntne gradus adfinium?

Gradus quidem adfinitatis per se & proprie nulli sunt, quia gradus ratione cognationis naturalis, quæ hic nulla subest, recuntur: veruntamen quia adfinitas in cognatione naturali fundatur, ad illius imitationem etiam gradus habere dicitur, qui & ad instar gradum cognationis computantur. Nam quoto gradu consanguinitatis aliquis junctus est marito, eodem adfinitatis gradu erit junctus ejus uxori & contra: veluti frater meus mihi junctus est primo gradu consanguinitatis, secundum Canones; ergo & uxori meæ erit junctus primo gradu adfinitatis; & sic deinceps.

12. Quæ ergo prohibitio est nuptiarum inter adfines?

Inter

can. 1. & 2.

XXXV.

qu. 1. & si-

milib. c.

pen. vers.

prohibitio

b. t. & c.

Lacet. 47.

sup. de re-

stib. Sess.

24. c. 4. de

reform.

matr.

Inter adfines ascendentes & descendentes, quia sunt parentum & liberorum, prohibita sunt nuptiæ in infinitum. Inter eos vero, qui a latere coniuncti sunt, olim prohibitio ista locum habebat quolibet genere adfinitatis, ad septimum usque gradum; sicut & inter consanguineos collaterales: verum hodie tantum in primo genere adfinitatis, & ad quartum gradum inclusive. Quam tamen prohibitionem propter adfinitatem a fornicatione contractam Conc. Trid. ad eos tantum, qui primo & secundo gradu conjungitur, restrinxit.

(De praxi hodierna legas Struv. *Synagoga jur. civil. Exerc. 29. thes. 43. & seqq.*)

De frigidis & maleficiatis, & impotentia coeundi.

TIT. XV.

I. *Impotentia coeundi quæ & quando impedit & dirimit matrimonium?*

Impotentia utique perpetua & immutabilis, quæ scilicet non sine miraculo aut gravi læsione corporis, vel probabili periculo animæ, tolli potest: sive ea naturali causa contingat, puta ex frigiditate, aliove naturæ defectu vel excelsu; sive ex causa accidentali & adventitia

ut veluti ex maleficio, seu veneficio, ali- c. 1. 2. 5. 6. & c.
c. 1. 2. 5. 6. & c. ult. h. 1.
utrumque hoc petat, & impotentia probe-
tur.

2. Quid si quis sciens cum impotente con-
traxerit?

Eo casu non quidem separabitur ma-
trimonium, verum si non possit alter al-
terum habere ut maritum aut uxorem, ha- c. 4. & 5.
bet saltem ut fratrem, aut sororem. eod.

3. An conjugato adserenti se aut conjugem
impotentem, credi statim
debet?

Nequaquam; sed probatione opus est,
quæ si statim ex solo aspectu corporis per
evidentia signa haberi possit, tunc statim
est separatio conjugatorum iudicio Ec-
clesiæ, nullo expectato: vel si non possit
haberi probatio, jubentur per integrum
matrimonium cohabitare, & se experiri.
Quo tempore elapso, si ambo jurent, una
cum septima manu propinquorum, id est,
septim propinquis vel cum septima ma-
nu vicinorum bonæ famæ, si desint pro-
pinqui, se frustra expertos fuisse, poterit
illæ, qui impotentem duxerit, illa dimis-
sa aliam ducere, vel alia, quæ impotenti
nupsit, alii nubere.

X

4. Quid

4. *Quid si postea deprehendatur, eum, qui probatus & judicatus fuerit impotens, non fuisse impotentem?*

Tunc is, qui fuerit absolutus per impotentiam, & solutus vinculo conjugii, cogitur ad priorem conjugium redire, quasi nulla separatio facta esset.

d. c. 5. & c. ult. b. r. illi, qui in impotentiam ejus juraverunt rei sunt perjurii. Non obstante exceptione rei judicatae: quoniam sententia in rem judicatam, & ideo, quandoque constat de ejus iniquitate, retractari potest.

c. 7. 10. & ii. sup. De sent. & re jud.

De matrimonio contracto contra interdictionem Ecclesiae.

TIT. XVI.

1. *Quando huic interdictio locum est?*

Quando prohibetur inter aliquos matrimonium contrahi, donec de causa cognoscatur, quia forte dubitatur, an sanguine vel affinitate juncti sint in gradu prohibito, an non, an aliud aliquod impedimentum subsit.

2. *Quid si, non obstante interdictio, aliqui contraxerint?*

Non dirimitur quidem tunc matrimo-
nium, si non sit aliud aliquod justum im-
pedimentum probatum; puniuntur ta-
men tales propter inobedientiam, quam
commiserunt, contra interdictum Eccle-
siae contrahendo; tamdiu separandi, quo-
usque de causa cognoscatur, utrum matri-
monium de jure possit & debeat stare.

c. 1. h. t.

c. ult. eod.

Qui filii sint legitimi.

TIT. XVII.

Hoc Tit. eoque unico, agitur de secundo
capite hujus libri, nimirum de prole
& liberis legitimis, qui effectus & fru-
ctus est matrimonii legitime contra-
cti, deque legitimatis.

1. Qui ergo sunt filii legitimi?

I. Qui ex legitimo matrimonio seu ju-
stis nuptiis procreati sunt, quod nullum
obstaculum habet.

II. Qui ex parentibus publice qui-
dem atque in facie Ecclesiae & solemniter,
sed tamen nulliter, oblatens & ignoratum
impedimentum, quod inter eos justum
fuit, matrimonium junctis nati sunt, etiam
legitimi habentur. Ut & nati ex secun-
da uxore illius, qui prima uxore viven-
tis, secundam ejus rei ignaram in facie

c. 2. Sc.

Pervenit.

h. t.

X 2

Eccle-

c. pen. eod. Ecclesiæ duxerat. Quod meretur
 prolis, ut in dubio potius legitima
 illegitima pronuncietur, & sufficit
 hoc alterum conjugum fuisse igno-
 tem & bonæ fidei.

III. Ex soluto & soluta nati, & le-
 mati per subsequens matrimonium,
c. Tanta 6. eod. Garf. de benef. p. 7. c. 1. n. 28. inde habentur, ac si ex legitimo matrimo-
 nio nati esse, capaces omnium digni-
 tum etiam Episcopatus, excepto Car-
 nalatu, ex constitutione Sixti V.

c. Soluta IV. Legitimati per rescriptum Pon-
vers. nobis tificis, vel S. Pont. nam & S. Pont. illegi-
autem su- timos efficere legitimos potest: in spiri-
p. De ma- tualibus quidem, veluti ut sint capaci-
or. & beneficiorum Ecclesiasticorum & Ori-
obed. num sacrorum, omnes omnino Christi-
 nos, tanquam sibi in spiritualibus subje-
 ctos; in profanis vero, veluti ut succe-
 dere parentibus possint, eos tantum, qui
 ipsi in rebus profanis subiecti sunt, nisi
 in causis multum arduis, & ubi de Reo
 causa præcipue agitur, veluti ut legiti-
 matus reddatur capax successionis in
 gnum.

(Pontifici hanc legitimandi potestatem non
 cedimus.)

2. *Judicium de eo, an legitimum quis sit,
 non, ad quem Judicem spectat?*

Ad iudicem Ecclesiasticum: adeo, ut si
actio natiuitatis, id est, an quis sit filius
legitimus, tantum incidat in hoc iudici-
um, & principaliter agatur de hereditate,
quam quis petit tanquam filius, ea ad ju-
dicem Ecclesiasticum sit remittenda. Ne-
que enim hic accessorium sequitur suum
principale, cum Laicus sit omnino inca-
pax huius iudicii Ecclesiastici.

Qui matrimonium accusare possunt,
vel contra illud testari.

TIT. XVIII.

Tertio huius libri capite explicatur, quo-
modo matrimonium dissolvatur, nem. eod.
pe per accusationem, & per divortium,
non quidem inter aliquos rite contra-
ctum, illud enim est indissolubile: sed
quod de facto, non jure contractum
iudicis auctoritate dissolvi debet.

1. Quid est accusatio matrimonii?

Est impedimenti, ob quod matrimo-
nium consistere inter conjuges non
potest, coram competente iudice legiti-
me facta allegatio.

2. Qui accusare possunt, vel non?

Sub distinctione respondendum est.

X 3

Quod

Quod si accusatio non contineat delictum ipsorum conjugum, sed fiat ob impedimentum aliquod, puta: quia vir sit nudus vel maleficiatus, aut alias impeditus ad actum conjugalem, vel quia mulier arcta, ut cognosci non possit: hoc calumnia accusatio ad solos spectat conjuges, non iam ad extraneos, quorum nihil interest. Si vero accusatio delictum contineat, quia aliqui in gradu prohibito contractum se aut contrahere voluisse dicuntur, cuiuslibet ad accusandum matrimonium admittitur: hoc tamen ordine servato, & *Can. 1.* post parentes admittantur proximiores consanguinei, sive agnati, & cognati, & *seqq. XXV.* deficientibus extranei, inter eos antiquiores & honestiores preferantur.

c. 3. h. t.
& Can. 1.
seqq.
XXV.
qu. 6.

Accusator autem matrimonii, qui cum publice matrimonium ex legitime denunciaretur, tacuerit, postea contracto matrimonio non auditur, nisi venialiter denunciationem ignoraverit, vel *c. ult. h. t. 9.* rare paratus sit, se hactenus impedimentum ignorasse, sed jam recens illud denunciavisse. Sic & repellendus est, qui per questum profiliit ad accusandum matrimonium.

c. 5. h. t.

3. *Qui & qualiter recipi testes in causa matrimonii possunt?*

Testes ipsimet ac personaliter coram
iudice compareant necesse est, & de im-
pedimento testimonium dicant, non et-
iam per litteras. Testes autem recipiun- *c. 2. b. t.*
tur etiam parentes, fratres, cognati utri-
usque sexus, maxime quando agitur de
consanguinitate; quamvis alias regulari-
ter improbatum sit domesticum testimo-
nium: idque ideo, quia tales omnium *d. c. 31. b. t.*
optime nosse praesumuntur consanguini-
tatem & affinitatem suam, cum unus-
quisque suam genealogiam ex recitatione
majorum scire laboret.

De Divortiis.

TIT. XIX.

Quid est divortium & quotuplex?

Divortium est legitima mariti & uxoris
apud competentem iudicem facta
separatio. Dictum vel a diversitate men-
tionum, quia in diversas partes eunt, qui di- *c. 2. D. cod.*
stinguunt matrimonium; vel potius a Di-
vertendo, seu Divortendo. Divortium
autem bifariam accipitur, vel pro direm-
ptione ipsius matrimonii quoad vincu-
lum, quae proprie Divortium dicitur; vel
pro separatione quoad thorum.

2. *Matrimonium semel legitime contractum potestne aliquando dissolvi quoad vinculum?*

Jure quidem civili quasdam ob causas vere dirimi potuit, etiam quoad vinculum: at Jure Pontificio matrimonium legitimum, utroque conjugum vivente non potest ullo modo quoad vinculum dissolvi, juxta illud Matth. 19. 6. 9. 10. 11. *Quos Deus conjunxit, homo non separabit* & ne quidem licet alter conjugum in datur forte in hæresin, vel infidelitatem vel propter adulterium; quamvis hæretici hodie plerique contrariam sententiam amplectantur.

(Matrimonium etiam quoad vinculum non potest dissolvi ob adulterium (vel etiam malitiosam desertionem & pertinacem debiti conjugalis denegationem) auctoritate judicis Ecclesiastici, legitime adhibito modo, dissolvi posse rectior est sententia quia hoc modo ab altera parte vinculum conjugale nefarie dirumpitur: adeoque & improbens pars ab illa liberanda erit. Vid. Matth. 19. 6. 1. Cor. 6. 16. Add. Johan. Gerhard. loc. d. conjug. num. 564. & seqq. & de desertione num. 16. Add. Johan. Gerhard. loc. d. conjug. num. 564. & seqq. & de desertione num. 623. nec non conjugalis debiti denegatione num. 630. Cæterum hæresis vel etiam infidelitas, in quam alter conjux incidit, non est sufficiens causa divortii, ne quidem quoad thronum & mensam. Vid. 1. Cor. 7. 12. 13. cum non obstat ipsi matrimonii vinculo. Vid. Joh. Gerhard. d. l. num. 390. & seqq. it. 665. 667.)

Quid si inter eos sit contractum matrimonium, inter quos alias ob aliquod impedimentum consanguinitatis vel adfinitatis matrimonium est prohibitum sub lege annullationis?

Matrimonium hujusmodi etiam jure Pontificio dirimi & dissolvi poterit. Non tamen propria auctoritate contrahentium, *c. 3. h. t.* etiam si impedimentum parentelæ inter eos esset notorium, sed tantum auctoritate judicis Ecclesiastici, vel saltem ex officio Ordinarii. Quia licet tale matrimonium sit ipso jure nullum & proinde de jure dissolvi non debeat, attamen uti *c. ult. h. t.* de facto contractum fuit, ita & de facto distrahi ac dissolvi jure Pontificio potest.

4. Quid si pagani in gradu prohibito juncti, ad fidem Christianam convertantur?

Non quidem dirimetur eo casu matrimonium, nec separabuntur conjuges, ne quidem quoad thorum; verum si plures uxores habuerit paganus, is ad fidem conversus adhærebit primæ suæ *c. 8. cod.* uxori.

(Conh. Johann. Gerhard. p. m. d. l. num. 226.)

X 5

3. Quid

5. *Quid si altero infidelium ad fidem
verso, alter in infidelitate sua per-
veret?*

Hoc casu dirimi matrimonium pos-
& fidelis aliam ducere, si utique infidelis
nolit cohabitare fidei, nec possit con-
manere conjunctus sine blasphemia de-
ni nominis. Ubi nota insigne discrimen
inter matrimonium infidelium & fide-
um inter se, quia inter fideles semel
time contractum nullo modo potest di-
mi: at dirimi potest inter infideles, quia
inter hos verum quidem existit matrimo-
nium, non tamen fuit ratum, quia sit
non fuit in fide Ecclesie Catholice cele-
bratum. Inter fideles autem & verum
est matrimonium, & ratum, & Sacramen-
tum fidei, quod semel admissum, nun-
quam amittitur.

d. c. 7. c. 8.
d. c. 7. vers.
nam et si.

(Neque hoc casu infidelem conjugem repugnat
fidei licet, quia infidelitas non repugnet essen-
tialibus matrimonii sicut adulterium. Vid. 1. Cor. 7.
v. 12. 13. Add. *Matth. c. 19. v. 6. 9. Matth. c. 5. v. 31.*
Leg. Joh. Gerh. d. l. n. 665. & 666.

6. *Matrimonio legitime contracto & con-
summato, quibus ex causis divorcium sus-
cipi potest, quoad iborum?*

Duo hoc Tit. proponuntur: videlicet
si alter conjugum labatur in haeresim re-

infidelitatem & molestus sit alteri fide-
permanenti ; poterit hic a iudice Ec-
clesiastico impetrare , ut quoad thorum
a conjugē separaretur. Sic & separatio fit
propter adulterium , nisi uterque pari vi-
tio laboret, quia paria delicta mutua com-
pensatione tolluntur. Item iusta quo-
que causa est divortii, si alter in alterum
saviat nimium, si alter alterum impellat
ad peccatum mortale.

*c.2. &c. De
illa 6. b. t.
c. 4. & 3.
eod. c. pen.
& ult. inf.
De adult.
d. c. 7. vers.
si enim al-
ter.*

De donatione inter virum & uxorem :
& de dote post divortium resti-
tuenda.

TIT. XX.

Divortium sequitur repetitio dotis tan-
quam causa incidens, si ex licita causa
fuerit facta separatio & divortium so-
lemniter celebratum.

*c. 1. 151.
b. t.*

1. Quid est Dos?

1. Pro one-

Est donatio, quæ ab uxore, aut alio,
uxoris nomine, fit marito, ad susti-
nenda onera matrimonii. Quæ pro-
pterea matrimonio constante repeti non
potest, nisi maritus labatur facultati-
bus.

*rib. l. 20. 29.
C. De iure
d. l. Si con-
stante 24.
De soluto
matrim.*

2. Quid

2. *Quid donatio propter nuptias?*

Est donatio illa, quæ vel a sponso vel ab alio sponsi nomine fit sponsæ, vel etiam, quæ constante matrimonio a marito fit uxori, in securitatem dotis. Eo respectat hæc donatio, ut habet uxor, si re dos culpa mariti perat, vel deponat fiat, unde eam recuperet.

3. *Quid si igitur per sententiam iudicis matrimonium pronuncietur esse nullum?*

Tunc & dos erit nulla; quia ubi nomen matrimonii nomen non est, ibi neque dos est restituenda propterea uxori: nec etiam donatio propter nuptias, restituitur marito. Sed & bona constante matrimonio communiter acquisita uxor & maritus inter se dividere debent.

l. 3. D. De jure dot. c. 2. 5. & c. fin. b. tit.

4. *Quid si divorcium fiat quoad liberos dantaxat?*

Tunc qui peccavit, punitur amissionem suæ dotis vel donationis propter nuptias, veluti uxore in adulterium lapsa, maritus innocens dotem lucratur, ideoque non est cogendus illam restituere: & contra uxor marito adultero lucratur donationem propter nuptias.

l. 4. b. t.

Quid de donationibus, quae extra causas c. ult. h. t. dotis vel donationis propter nuptias fiunt inter conjuges, censendum?

Ex causa divortii, sive quoad vinculum, sive quoad thorum duntaxat, censentur tacite revocatae. Nam licet donationes ejusmodi utroque jure sint prohibita, tamen si non fuerint revocatae, confirmantur morte donatoris.

tit. l. Sed in-

6. Morte alterutrius soluto matrimonio an & tunc dos ac donatio propter nuptias restitui debent?

Omnino; idque vel superstiti, vel ejus heredibus: nisi vel pacto conjugum, vel statuto, vel consuetudine aliud obtineat; quia licet conjugibus pacisci inter se, ut altero eorum forte sine liberis mortuo superstes vel dotem, vel donationem propter nuptias lucretur, eamque vel integram, vel saltem aliquam partem, quae dicitur lucrum nuptiale, Pont. appellat Pragmatici vulgo Dotarium.

9. & d. c. 4.

De secundis nuptiis.

TIT. XVI.

Postremum libri hujus caput est de iterandis nuptiis; qua nata Sacramentum

tum matrimonii differt ab aliis Sacramentis, Baptismo, Confirmatione & Ordine, quæ iterari non possunt,

1. *Quæ hic dicuntur secundæ nuptiæ?*

Non tantum illæ, quæ primas præsequeuntur; sed & tertiæ, quæ & deinceps, quotiescunque nuptias iterari contingit.

2. *Altero conjugum mortuo licetne suppositi statim ad secundas nuptias convolare?*

e. pen. & ult. h. tit. l. Libero- rum D. De his, qui not. in- fam. l. t. Licet, abrogatis circa hoc legibus civilibus, quæ mulierem intra tempus luctus, id est, intra annum luctus a morte mariti, alteri nubentem notant iniquam, & damnato errore Origenis, secundas nuptias prohibitas adferentis.

2. C. h. t. (Hæc dispositio juris canonici, quæ leges civiles abrogantur, repugnat honestati publicæ. Add. *Phil. c. 4. 6. 8.* vid. Gerh. *d. l. n. 199.*)

3. *Interestne inter primas & secundas nuptias?*

Illud interest, quod secundæ nuptiæ non benedicantur a Parocho vel sacerdote, quia benedictio in primis nuptiis semel imperata semper durat, nec e-

deneganda. Nisi aliud observet consuetu- c. l. b. t.
c. quia hæc differentia est juris positi-
væ, quæ contraria consuetudine tolli po-
test. Benedictioque illa, quam Sacerdos
nuptiis impertitur, tantum est pia quæ-
dam ceremonia, ostendens nuptias a
Christo esse benedictas.

(Secundis nuptiis Ecclesiastica benedictio non
est deneganda, quia æque licitæ sunt nuptiæ ac
primæ. Genes. 25. v. 1. Rom. 4. v. 11. Ebr. 13. v. 4.
1. Cor. 7. v. 8. 39. 2. Tim. 5. v. 14.)

FINIS LIBRI IV.



JURIS